

Band IV., Nr. 1199, Seite 267-268

Mehrfache, im Wege des Verkaufs und der Schenkung dem Kloster Schussenried zuteilgewordene Guts- und Besitzübertragungen, so von Seiten des Ritters Konrad von Schussenried und seiner Eltern, des Ritters Heinrich von Winterstetten genannt Stammeler und der Brüder Ulrich und Rudolf von Kürnbach, werden durch Konrad und Heinrich von Wartenberg feierlich bekräftigt.

Ohne Ortsangabe, 1251. April 5.

Que geruntur in tempore, ne labantur in ipso, testium ac sigillorum solent munimine roborari. Notum ergo sit omnibus hominibus, quod ego Berh(toldus) prepositus de Sorech¹ et universi fratres mei viro provido et honesto domino Cvnrado militi, dicto de Sorech, quatuor marcas argenti dedimus in hac forma, ut ipse ius proprietatis curie nostre in Celle² coram dominis nostris, Cvnrado et Hainrico de Wartenberch, fundatorum nostrorum posteris, nobis libere resignaret atque super omnibus bonis vel possessionibus, que ab eo vel a parentibus suis emimus aut gratis accepimus, nullam nobis omnino de cetero molestiam aut iniuriam ipse vel heredes sui imperpetuum irrogaret. Cum igitur maiorum et nobilium testamento vel auctoritate omnibus iniuriis et calumpniis possit ac debeat obviari, presentes literas dominorum nostrorum, Cvn(radi) et H(ainrici) de Wartenberc, sigillo curavimus roborare. Coram quibus proprietatem supradictam libere resignavit et nullam se nobis de cetero illaturum violentiam aut iniuriam sponndit certissime et laudavit. Preterea dominus Hainricus miles de Winterstetin dictus Stammeler quoddam predium situm in Tageratewiler ecclesie nostre contulit, cum de hac vita et laborioso certamine huius seculi emigraret, ut quasi lucerne splendo[r]e suam animam illustraret. Sciendum quoque, quod, cum Vl. de Churenbach divinitus inspiratus coram nobis habitum sanctitatis accipere decrevisset, possessionem illam, que ipsum a fratribus suis in Churenbach contingebat, ecclesie nostre contulit, ut ex eius proventibus eo propensius victum posset accipere vel vestitum. Ceterum cum dominus Rvdolfus de Churenbach fugiens de seculo apud nos sanctitatis habitum induisset, possessiones, quas in Churenbach habuit, nobis libere contulit et coram supradictis dominis resignavit. Quarum et supradictarum omnium proprietatem sepedicti domini nobis libere contulerunt in hunc modum, ut nullam earum aut aliarum possessionem, quarum

¹Schussenried.

²Zeller Hof, zu Schussenried gehörig.

II

dumtaxat proprietatem ab eis recepimus, sine eorum consilio vendere debemus, nisi eius precium in aliam nobis magis utilem redigamus.

 Acta sunt hec anno gratie domini M^o. CC^o. LI^o., nonis Aprilis. Testes autem sunt domini nostri C(vnradus) et H(ainricus) et filius domini H(ainrici).

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An Pergamentstreifen hängen zwei schildförmige Wachssiegel, das erste noch ziemlich wohl erhalten, das zweite vor allem am Rand beschädigt. Beide zeigen einen rechts aufsteigenden Löwen; die Umschrift des ersteren: + *Sigillum* C . NRADI DE WARTINBERG, von derjenigen des zweiten ist nur noch . . E W . RTEN erhalten (die E gerundet).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 505 U 791

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Konrad; von Wartenberg Heinrich; von Wartenberg

Ortsindex:

Bad Schussenried Wohnplatz (17071)
 Bad Schussenried, BC
 Kürnbach Wohnplatz (17079)
 Kürnbach, Bad Schussenried, BC
 Tagratsweiler Wüstung (23929)
 Tagratsweiler, Bad Schussenried, BC, W
 Wartenberg Wohnplatz (14073)
 Wartenberg, Geisingen, TUT
 Winterstettenstadt : Ingoldingen BC
 Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)
 Zeller Hof Wohnplatz (17095)
 Zeller Hof, Bad Schussenried, BC